laret vtiq;, ⁊ nō ſineret pfo=
di domū ſuā. Ideo ⁊ vos e=
ſtote parati, quia qua neſci=
tis hora filius hoīs vēturus
eſt. Quis putas eſt fidelis luc. 12
ſeruus ⁊ prudens quē cōſti=
tuit dn̄s ſuper familiā ſuam
vt det illis cibū in tp̄e? Bea= apo. 1
tus ille ſeruus quē cū vene=
rit dn̄s eius inuenerit ſic fa=
cientē. Amē dico vobis q̄m
ſup oīa bona ſua ꝯſtituet eū.
¶ In nata. vni⁹ cōfeſ. nō pō.
A. i vtraſq; veſ. ł. ⁊ .iij. Lpm.
Dilectus a deo et hoī=
bus, cuius mēoria in
bn̄dictiōe eſt ſimilē illū fecit
in gl̄ia ſctoꝝ ℟. Amauit eum
dn̄s Et ornauit eū ℣ Stola gl̄ie
induit eum. Et. ¶ In feſt. vero
ſcti roberti, q̄m eſt duaꝝ miſ
ſarū. ℟. Iſte ſctūs digne. hy⁹.
Ieſu coro. celſi. ℣. Iuſtus ger.
Ad mag. a. Iſte cognouit iuſti
ciam ⁊ vidit mirabilia magna ⁊
exorauit altiſſimū ⁊ inuētus eſt.

in nũero ſctõꝝ. iiij. Tpe vero
paſc. Ad vtraſq; veſ. ã. Btũs
vir q̃ metuit dñz alle. in mãda-
tis ei⁹ cupit nimis, alle. | Col.
DEus q̃ nos bti ℞. con-
feſſoris tui ãnua ſolẽ-
nitate letificas, ꝯcede ꝓpi-
tius vt cuius natalicia coli-
mus ꝑ eius ad te exẽpla gra
diamur. p. ¶ In feſto vero
ſcti roberti. col. Interceſſio.
Inuit. Regẽ cõfeſſoꝝ dñz Ve-
nite adorem⁹. hy⁹. Jeſu coro.
cel. In vtroq; noc. ãn. ps. et
℣ ſicut i cõi vni⁹ cõfeſ. põti.
¶ Lect. ex omel. bti grego.
pa. q̃ legũt in natali oim cõ-
feſ. nõ põti. videlicet ãtonij,
thome de aquino, roberti,
yuonis, dñici, ludouici, bie-
rony. ⁊ frãciſci ⁊ ſilr in nata.
aliqꝛ põti. vt ꝓnotatũ ẽ. lc. j
lu. 12. BEati ſunt ſerui illi, q̃s
cũ venerit dñs, iuene-
rit vigilantes. Vigilat q̃ ad
aſpectũ veri luminis mẽtis
oculos aptos tenet. Vigilat
q̃ ſuat opãdo qđ credit. Vi-
gilat q̃ a ſe torporis ⁊ negli-
gẽtie tenebras repellit. Hic
1. cor. etem̃ paulus dicit: Euigila-
15. te iuſti ⁊ nolite peccare. Hic
ro. 13. rurſus ait: Hora eſt iã nos de
matth. ſõno ſurgere. ℞. Euge ſerue
25. bõe ⁊ fidelis, qꝛ ſuꝑ pauca fuiſti
fidelis ſupra mlta te ꝯſtituã. In
tra in gaudiũ dñi tui, al. ℣. Dñe
q̃nq; talẽta tradidiſti mihi ecce
alia q̃nq; ſuꝑlucrat⁹ ſũ. In. l. ij.
VEniẽs ad iudiciũ dñs
quid vigilãtibus ſer-
lu. 12. uis exhibeat audiam⁹. Amẽ
dico vobis q̃ precinget ſe, ⁊
faciet illos diſcũbere, ⁊ trãſ
iens miniſtrabit illis. Preci
get ſe, id eſt ad retributionẽ
preparabit: ⁊ faciet illos diſ
cũbere, id eſt in eterna quie
te refoueri. Diſcũbere quip
pe noſtrũ, in regno quieſce-
re eſt. Unde rurſum domi-
nus ait: Venient ⁊ recũbent mat. 8.
cũ abrahã, iſaac ⁊ iacob. ℞.
Iuſt⁹ germinabit ſicut liliuz. Et
florebit in etnuz ãte dñm, al. ℣.
Plantat⁹ in domo dñi in atriis ps. 91.
domus dei noſtri. Et flo. lc. iij.
TRãſiẽs aũt dñs mini-
ſtrat, qꝛ lucis ſue illu-
ſtratiõe nos ſatiat. Trãſire
vero dictum eſt, cum de iu-
dicio ad regnum redit. Vel
certe dñs nobis poſt iudiciũ
trãſit, quia ab humanitatis
forma in diuinitatis ſue con
templationẽ nos eleuat. Et
trãſire eius eſt in claritatis
ſue ſpeculationẽ nos duce-
re, cũ eũ quem in humanita-
te in iudicio cernimus, etiã
in diuinitate poſt iudicium
videbimus. ℞. Iſte cognouit
iuſticiã ⁊ vidit mirabilia magna
⁊ exorauit altiſſimuz. Et inuẽt⁹
eſt in numero ſctõꝝ, all. ℣. Iſte
eſt qui ꝯtẽpſit vitã mundi ⁊ ꝑue
nit ad celeſtia regna. Et lc. iiij
AD iudicium veniens,
i forma ſerui omnibus
apparet, quia ſcriptum eſt:
videbũt in quẽ tranſfixerũt.
Sed reprobi in ſupplicium ioã. 19
corruunt, iuſti ad claritatis
gloriam pertrahuntur ſicut
ſcriptuz eſt: Tollatur impius eſa. 26
ne videat gloriam dei. Sed

quid ſi ſerui in prima vigilia
negligētes exiſtunt? Prima
q̇ppe vigilia primeue etatis
cuſtodia eſt. Sʒ neq̃ ſic de-
ſpādū eſt ⁊ a bono ope ceſſā-
dū. Nā lōganimitatꝫ ſue pa-
tientiam inſinuās dñs, ſub-
lu. 12. dit: Et ſi venerit in ſcđa vigi
lia, ⁊ ſi in tertia vigilia vene-
rit ⁊ ita inuenerit, beati ſūt
ſerui illi. ℟. Hic eſt vir q̇ nō eſt
derelictꝰ a deo i die certaminis
ſui ⁊ ipſe cōculcauit caput ſer-
pētis antiqui. Modo coronatꝰ
eſt, qꝛ fideliter vicit i mādatis
eccli. dñi. ℣. Quis eſt hic ⁊ laudabimꝰ
31. eū? fecit em̄ mirabilia i vita ſua
pſalm. Mo. Tpe paſc. iiij. ℟. Btūs
111. vir q̇ metuit dñm, alla: i manda
tꝫ eiꝰ cupit nimꝫ. Alla, alle, alle.
℣. Potens i terra erit ſemen eiꝰ
gñatio rectoꝝ benedicet. Alla.
Gl'ia. Alle. ¶ In. ij. noc. Lc. v.

PRima quippe vigilia
primeuū tēpus eſt, id
eſt pueritia. Secūda adole-
ſcentia vel iuuentus, que au
toritate ſacri eloquij vnum
eccles. ſunt dicentis: Letare iuue-
11. nis in adoleſcētia tua. Ter-
tia autē, ſenectus accipitur.
Qui ergo vigilare in prima
vigilia noluit, cuſtodiat vel
ſecūdā, vt q̇ cōuerti a praui
tatibus ſuis in pueritia ne-
glexit, ad vias vite ſaltē in
tēpore iuuentutis euigilet.
Et q̇ vigilare in ſecūda vigi-
lia noluit, tertie vigilie re-
media non amittat, vt qui in
iuuentute ad vias vite non
eccli. vigilat, ſaltē i ſenectute reſi
45. piſcat. ℟. Amauit eū dñs ⁊ or-
nauit eū, ſtola glorie iduit eū.
Et ad portas paradiſi coronauit
eum, alle. ℣. Induit eū dñs lori
ca fidei ⁊ ornauit eū. Et. Lc. vi.

PEnſate fr̄es chariſſi-
mi, qꝛ cōcluſit dei pie
tas duritiā nr̄am. Nō eſt iam
q̇d hō excuſationis iueniat.
Deꝰ deſpicitur ⁊ expectat:
Cōtemni ſe videt ⁊ reuocat.
Iniuriā de cōtēptu ſuo ſuſci
pit, ⁊ tñ q̃n̄q; reuertentibus
etiā premia promittit. Ne-
mo hāc eius longanimitatē
negligat, qꝛ tāto diſtrictiorē
iuſticiam in iudicio exigit,
quāto longiorem patiētiam
ante iudiciū prerogauit. ℟.
Magnificauit eū i ꝯſpectu regū eccli.
Et dedit illi coronā gl'ie, al. ℣. 45.
Statuit illi teſtamētū ſempit-
nū ⁊ beatificauit illū. Et. Lc. vii.

HInc etem̄ paulꝰ dicit: rom. 2
Ignoras q̄m benigni
tas dei ad penitentiā te ad-
ducit? Tu aūt ſcđm duritiā
tuā ⁊ cor impenitēs theſau-
rizas tibi irā in die ire, ⁊ re-
uelationis iuſti iudicij dei.
Hinc pſalmiſta ait: Deus iu p̄o. 7.
dex iuſtꝰ fortis ⁊ lōganimis.
Dicturꝰ q̇ppe lōganimē, pre
miſit iuſtum, vt quem vides
peccata delinquentium, diu
patienter ferre, ſcias hunc
etiam quādoq; diſtricte iu-
dicare. Hinc per quendā ſa-
pientē dicitur: Altiſſimꝰ eſt eccli. 5
em̄ patiēs redditor. Patiēs
em̄ redditor dr̄, qꝛ pctā ho-
minū ⁊ patit̄ ⁊ reddit. Nam
quos diu vt cōuertantur to-
lerat, nō cōuerſos durius dā

nat.℟. Deſiderium anime eiꝰ
tribuiſti ei dñe. Et voluntate la
bioꝝ eiꝰ nõ fraudaſti euꝫ, al. al.
℣. Poſuiſti in capite eiꝰ coronã
de lapide precioſo. Et. Lc. viij.
AD diſcutiẽdam mẽtis
nr̃e deſidiã, etiã exte=
riora dãna ꝑ ſimilitudinẽ ad
mediũ deducũtur, vt ꝑ hec
animꝰ ad ſui cuſtodiã ſuſci=
luc. 12. tetur. Nã dicit: hoc aũt ſci=
tote, qꝛ ſi ſciret paterfamilias
q̃ hora fur veniret vigilaret
vtiq; ꝛ nõ ſineret ꝑfodi do=
mũ ſuã. Ex qua ꝑmiſſa simili
tudine etiã exhortatio ſubi=
ibidẽ. fert cũ dr̃: Et vos eſtote pa=
rati, qꝛ qua hora nõ putatis
filiꝰ hoĩs veniet. ℟. Iſte ſãctꝰ
digne in memoriam vertit ho=
minuꝫ qui ad gaudiuꝫ tranſiit
ãgeloꝝ. Qꝛ in hac ꝑegrinatiõe
ſolo corꝑe ꝯſtitutꝰ, cogitatiõe ꝛ
auiditate in illa et̃na pr̃ia ꝯuer
ſatꝰ eſt, alle, al. ℣. Vinculis car=
nis abſolutꝰ talẽtuꝫ ſibi creditũ
dño ſuo cũ lucro reportauit. Qꝛ.
cãt. 4. Tpe paſchali. viij. ℟. Decore
prudẽtis ꝓcedit mel alle. dulce
do mellis eſt lingua eiꝰ alle. Fa
uus diſtillãs labia eiꝰ, alle. alle.
alle. ℣. Sapiẽtia requieſcit in
ore eiꝰ, ꝛ prudẽtia in ſermõe il
liꝰ. Fauꝰ. Glr̃ia. Alle. Ad can.
eccli. ℣. Amauit eũ dñs ꝛ ornauit eũ,
45. ſtola glr̃ie induit eũ ꝛ ad portas
paradiſi corõauit eũ. ℣. Iuſtꝰ
vt palma. Euãg. qđ legitur in
feſt. ſctõꝝ confeſ. nõ pontifi.
antonij, thome de aquino, ro
berti, yuonis, dñici, bernar
di, ludouici, hieronymi, frã=
ciſci, necnõ in vtroq; feſt. ſ.
pauli apoſt. Scd̃m Matth.
IN illo tpe. Dixit ſimõ matth.
petrus ad ieſum: Ecce 19.
nos reliquimus oĩa ꝛ ſecuti
ſumꝰ te. Quid ergo erit no=
bis? Et reli. Omelia lec. eiuſ=
dẽ btĩ hierony. pbr̃i. Lec. ix.
GRãdis fiducia. Petrꝰ
piſcator erat. Diues nõ
fuerat, cibos manu ꝛ arte q̃=
rebat, ꝛ tñ loqtur cõfidẽter,
reliqmꝰ oĩa. ℟. Iuſtum dedu= ſap. 10.
xit dñs ꝑ vias rectas ꝛ oſtẽdit il
li regnuꝫ dei ꝛ dedit illi ſciẽtiã
ſctõꝝ. hõeſtauit illũ ĩ laboribꝰ
ſuis, alle. ℣. Magnificauit euꝫ eccleſ.
ĩ conſpectu regum ꝛ dedit illi 45.
coronã glorie. hone. Lec. x.
OMnia em̃ reliquit qui
volũtatẽ habẽdi deſe=
rit. Et qꝛ nõ ſufficit tãtũ reli
quere, iũgit quod perfectũ
eſt, ꝛ ſecuti ſumꝰ te. Fecimꝰ
quod iuſſiſti. Quid igitur da
bis nobis premij? ℟. Beatꝰ eccleſ.
vir qui inuẽtꝰ eſt ſine macula ꝛ 31. 8.
qui poſt aurum nõ abiit, nec ſpe luc. 6.
rauit ĩ theſauris pecunie. Ideo
ſtabilita ſunt bõa illiꝰ in dño, al. eccleſ.
℣. Potuit em̃ trãſgredi ꝛ nõ eſt 31.
trãſgreſſus, ꝛ facere mala ꝛ nõ
fecit. Ideo ſta. Lectio. xi.
IEſus autẽ dixit illis.
Amẽ dico vobis qđ vos
qui ſecuti eſtis me, ĩ regene
ratiõe cũ ſederit filiꝰ hoĩs in
ſede maieſtatis ſue ſedebitis
ꝛ vos ſuper ſedes duodecĩ
iudicãtes duodecim tribus
iſrael. Non dixit qui reliqui
ſtis oĩa. Hoc enim ꝛ ſocra=
tes fecit philoſophꝰ ꝛ multi
alij q̃ diuitias ꝯtẽpſerũt: ſed

qui ſecuti eſtis me ꝙ ꝓprie
apl'oꝝ eſt atqꝫ credentiũ. ℞.
Stola iocũditatꝭ īduit eũ dñs.
Et coronam pulchritudinis po
eccli. fuit ſuper caput eiꝰ, alle. ℣. Ci-
15. bauit illũ dñs pane vite ꝛ ītelle-
ctꝰ et aqua ſapientie ſalutaris
potauit illum. Et coro. lc. xij.
IN regeneratiõe cũ ſe-
derit filiꝰ hoīs ī ſede ma
ieſtatis ſue, qñ ꝛ mortui de
corruptiõe reſurgẽt incorru
pti ſedebitꝭ ꝛ vos ī ſoliis iu-
dicātiũ cõdẽnātes duodecī
tribꝰ iſrl': q2 vobis credẽtibꝰ
eccli. illi credere noluerunt. ℞. In
15. medio eccl'ie aperuit os eiꝰ. Et
īplenit eũ dñs ſpũ ſapientie ꝛ ī-
tellectꝰ, alle. ℣. Miſit dñs ma-
nũ ſuam ꝛ tetigit os eiꝰ. Et iple
uit. Secundum Mattheũ.
matth. IN il. t. Dixit ſimon pe-
19. trꝰ ad ieſum: Ecce nos
reliqmꝰ oīa ꝛ ſecuti ſumꝰ te.
Quid ergo erit nobis? Je-
ſus aũt dixit illis: Amẽ dico
vobis quod vos qui ſecuti e-
ſtis me, in regeneratione cũ
ſederit filiꝰ hoīs in ſede ma-
ieſtatis ſue, ſedebitis ꝛ vos
ſuper ſedes duodecim iudi-
cātes duodecī tribus iſrael.
Et oīs qui reliquerit domuꝫ
vel fratres, aut ſorores, aut
patrem, aut matrem, aut v-
xorem, aut filios, aut agros
propter nomẽ meum, centu
plum accipiet ꝛ vitā eternā
poſſidebit. Am̄. Te decet. col.
eccli. Deꝰ q̇ nos. In lau. ā. Collau-
39. dabũt multi ſapientiā eiꝰ, ꝛ vſ-
qꝫ ī ſeculũ nõ delebit. v. cp̄. Di-
lectꝰ a deo. ℞. Juſtũ deduxit.

hyꝰ. Te xp̄e. ℣. Juſtꝰ ger. Ad
vnꝰ. ā. Euge ſerue bõe ꝛ fidelis matt.
q2 ſuper pauca fuiſti fidelis ſu- 25.
pra multa te ꝯſtituā dicit dñs. j.
Col. Deꝰ q̇ nos. Ad j. ā. Eu- eodẽ.
ge ſerue bone ī modico fidelis
ītra ī gaudiũ dñi tui. j. Ad. iij.
ā. Fidelꝭ ſeruus ꝛ prudens quẽ lu. 12.
cõſtituit dñs ſuper familiā ſuā.
iij. cp̄. Dilectꝰ. ℣. Juſtum de.
col. Deus qui nos. Ad. vj. ā.
Btũs ille ſeruus cũ venerit dñs eodẽ.
eiꝰ ꝛ pulſauerit ianuā ꝛ īuenerit
eum vigilantẽ. viij. Capitulũ.
IN fide ꝛ lenitate ipſiꝰ eccli.
ſanctũ fecit illuꝫ dñs ꝛ 45.
oñdit illi gloriā ſuaꝫ, ꝛ dedit
illi cor ad precepta ꝛ legem
vite ꝛ diſcipline. ℣. Amauit
eum dñs ꝛ ornauit. Collecta.
BEati N. cõfeſſoris tui
dñe precibus adiuue-
mur, vt quod poſſibilitas no
ſtra non obtinet, eius nobis
interceſſione donetur. Per.
Ad. ix. ā. Ecce vere iſraelita ī ioan. 1.
quo dolꝰ non eſt. j. Capitulũ.
CUſtodiuit eum dñs ꝛ ſap. 10.
ab īimicis ꝛ a ſeducto
ribꝰ tutauit illũ, ꝛ certamen
forte dedit illi vt vinceret ꝛ
ſciret qm̄ oīm potẽtior eſt ſa
piẽtia. ℣. Juſtꝰ vt pal. Colla.
ADeſto dñe ſupplica-
tionibus nr̄is, ꝛ ſpe-
rātes ī tua mīa intercedente
beato N. ꝯfeſſore tuo celeſti
protege benignꝰ auxilio. P.
Ad veſ. ā. Cognouit eũ dñs in
benedictionibꝰ ſuis, et inuenit
grām corā oculis dñi. j ā. Juſtũ ſap. 10
deduxit dñs per vias rectas ꝛ
oſtendit illi regnum dei ꝛ dedit

ſtati ſcientiā ſanctoꝝ, honeſtauit
illū i laboꝛibꝰ ⁊ ꝯpleuit laboꝛes
th. illiꝰ. iiij ā Juſtꝰ coꝛ ſuū tradet
9. advigiland i diluculo ad dñz q̄
fecit illū ⁊ i conſpectu altiſſimi
atth. deprecabit. iiij. ā. Serue bone ⁊
25. fidelis q̄ ſup pauca fuiſti fidelis
ſupra multa te cōſtituam itra i
gaudiū dñi tui. iiij. cꝑ. Dilectꝰ
a deo. ℟. Amauit eū. hyꝰ. Je=
ſu coꝛona celſioꝛ. ℣. Juſtꝰ ger=
minabit. Ad mḡ. ā. Jſte ſctūs
digne i memoꝛiam vertit hoim
qui ad gaudiū tranſiit āgeloꝝ
q̄ i hac peregrinatiōe ſolo coꝛ
poꝛe cōſtitutꝰ cogitatione ⁊ aui
ditate i illa eterna patria cōuer
ſatꝰ eſt. j. Colla Deus q̄ nos.

¶ Cōmune ſanctarū ꝟginū. Jn natali ſanctaꝝ agnetis, katherine ⁊ lucie. Ad vtraſque veſ. lau. ⁊. iij Capitulū.

2. coꝛ. Qui gliat in dño gliet
10. nō eīm q̄ ſeipſū cōmē=
1. coꝛ. 1 dat ille ꝓbatus eſt, ſed quē
...er. 9. deus cōmēdat. K. therine.
℟ Audi filia. vt infra. Lucie
pſalm. ℟ Specie tua. Et pl̄chꝛitudīe
44. tua. ℣ Jntēde pſpere ꝓcede ⁊
regna. Et pl̄chꝛitudīe. hyꝰ. Je
...odē. ſu coꝛona virginū. ℣ Diffu=
ſa eſt gr̄a in labiis tuis. Pro=
pterea benedixit te deꝰ in eter=
...t. 4. nū. Ad mag. ā Ueni ſpōſa xp̄i
accipe coꝛonā quam tibi dñs p̄=
parauit i eternū. viij Col. que
cōpetit. Jnuit. Regem ꝟginū
dñm Uenite adoꝛemꝰ. hyꝰ. Je
ſu coꝛona ꝟgi. ¶ Jn j. n. c. ā.
...p. 4. O q̄ pulchꝛa eſt caſta gńatio cū
charitate. vij. ꝑ. Dñe dñs nr̄.
...t. 1. ā. Nigra ſum ſed foꝛmoſa filie
hierl̄m; ideo dilexit me rex ⁊ in
troduxit me in cubiculū ſuū. iij.
ꝑ. Celi eñ. ā Pl̄chꝛa es ⁊ deco= cant. 6
ra filia hierl̄m: terribilis vt ca=
ſtroꝝ acies oꝛdinata. j. ꝑ. Dñi
eſt t. ā. Specie tua ⁊ pl̄chꝛitudi pſalm.
ne tua itēde pſpere ꝓcede ⁊ re= 44.
gna. vij. ꝑ. j. Eructa ā. Adiu= pſalm.
uabit eā deꝰ vultu ſuo: deꝰ in me 45.
dio eiꝰ non commouebit. vij. ꝑ.
Deꝰ nr̄ refu. ā. Hec eſt q̄ neſci= ſap. 3.
uit thoꝛū i delicto, habebit fru=
ctū in reſpectione animarū ſan
ctarū. iij. ꝑ. Magnus dñs. ℣.
Specie tua ⁊ pulchꝛitudine tua pſalm.
Jntēde pſpere pꝛocede ⁊ regna. 44.

Lectiones ex omel. bt: gregoꝛij pape q̄ legunt i feſtis. ſanctaꝝ virginū, agathe vndeci milū ꝟgi. ⁊ cecilie. Lc j

Media nocte clamoꝛ fa matth.
ctus eſt: ecce ſponſus 25.
venit, exite obuiam ei. De
aduētu ſponſi clamoꝛ in me=
dia nocte fit: quia ſic dies iu=
dicij ſurrepit, vt pꝛeuideri
nō valeat quādo venit. Un= 1. theſ.
de ſcriptum eſt: dies dñi ſi= 5.
cut fur i nocte ita veniet. ℟. pſalm.
Diffuſa eſt gr̄a in labiis tuis. 44.
Propterea benedixit te deꝰ i et
nū. ℣ Dilexiſti iuſticiam ⁊ odi=
ſti iniq̄tatem. Pro. Lectio. ij.

Tunc oēs ꝟgines ſur=
gūt, q̄ ⁊ electi ⁊ repꝛo
bi a ſomno ſue moꝛtis exci=
tant, lāpades oꝛnāt, q̄ ſua
ſecū opa numerāt, pꝛo q̄bus
eternā recipere btitudinem
expectāt. Sed lāpades fa=
tuarū virginū extingunt: q̄
eaꝝ opa, q̄ clara hoibꝰ foꝛis
apparuerāt, in aduētu iudi=
cis intus obſcurant, ⁊ a deo

retributionē nō inueniūt: qꝛ
ꝓ his receperīt ab hominib⁹
laudes quas amauerūt. ℟.
pſalm. Specie tua ꝛ pulchritudine tua
44. Intēde pſpere ꝓcede ꝛ regna.
℣. Propter veritatē ꝛ mãſuetu=
dinem ꝛ iuſticiam. Intē. lc. iij.

Quid eſt autē ꝙ tunc a
prudētib⁹ oleū petūt,
niſi ꝙ i aduentu iudicis, cū
ſe intus vacuas inuenerint
teſtimonium foris querunt?
pſalm. ℟. Propter veritatē ꝛ mã ſuetu
44. dinē ꝛ iuſticiam. Et deducet te
mirabilit̄ dextera tua. ℣. Audi
filia ꝛ vide ꝛ iclina aurē tuam ꝛ
obliuiſcere populū tuū ꝛ domū
pr̄is tui. Et deducet. Lec. iiij.

AC ſi a ſua fiducia de=
cepte ꝓximis dicant:
Cur nos quaſi ſine ope repel
li ꝯſpicitis, dicite de noſtris
matth. opib⁹ q̄d vidiſtis. ℟. Quinqꝫ
25. prudentes ꝟgīes acceperīt oleū
i vaſis ſuis. Cū lampadib⁹. ℣.
eodē. Media aūt nocte clamor fact⁹
eſt: ecce ſpōſus venit exite ei ob
cāti. 1. uiā. Cū. ¶ In noc. ij. ã. Unguē
tū effuſū nomē tuū: ideo adole=
ſcētule dilexerūt te nimis. j. p̄.
can. 6. Bn̄dixiſti dn̄e. ãn. Reuertere
reuertere ſunamitis, reuertere
reuertere vt itueamur te. vij. p̄.
cāti. 1. Fūdamē. ã. Cū eſſet rex i accu
bitu ſuo nard⁹ mea dedit odo=
rē ſuū. iij. p̄. Canta. j. ã. Simi=
matth. le eſt regnū celoꝝ hoi negocia=
13. tori q̄rēti bonas margaritas: i=
uēta aūt vna precioſa dedit oia
ſua ꝛ ꝯparauit eā. iij. p̄. Dn̄s re
gna. j. ã. Ueniēte ſpōſo prudēs
ꝟgo preparata itroiuit cū eo ad
nuptias. vij. p̄. Cātate. ij. ã.

Ueni electa mea ꝛ ponã i te thro
nū meū, qꝛ ꝯcupiuit rex ſpeciem
tuã. iij. p̄. Dn̄s reg. ij. ℣. Adiu pſal
uabit eā de⁹ vultu ſuo. De⁹ i me 45.
dio eius nō ꝯmouebit. Lec. v.

PRudētes virgines fa= matt
tuis dixerīt: Ne forte 25.
nō ſufficiat nobꝫ ꝛ vobis. In
illo em̄ die, qd̄ tn̄ de q̇buſdā
in pace ecclie quieſcētibus
loquor, ſibimetipſi teſtioniū
vniuſcuiuſqꝫ vix ſufficit, quā
to minus ꝛ ſibi et proximo?
℟. Dilexiſti iuſticiā ꝛ odiſti ini pſalm
quitatē. Propterea vnxit te de⁹ 44.
de⁹ tu⁹ oleo leticie. ℣. Diffuſa eſt
gr̄a i labiis tuiꝫ. Propter ea. lc. vi.

UAde ꝛ ꝓtin⁹ p increpatione
patione ſubdunt: Ite
potius ad vēdētes, ꝛ emite matth
vobis. Uenditores quippe 25.
olei adulatores ſunt. ℟. Ue=
ni ſpōſa chriſti accipe coronam
quā tibi dn̄s p̄parauit. Pro cui⁹
amore ſanguinē tuū fudiſti: ꝛ cū
āgelis i paradiſū itroiſti. ℣. Ue
ni electa mea ꝛ ponam i te thro
nū meū qꝛ concupiuit rex ſpe=
ciem tuam. Pro. Lectio. vij.

QUi em̄ accepta quali=
bet gratia, vanis ſuis
laudib⁹ nitorē glie offerunt
quaſi oleum vendūt. De quo
profecto oleo pſalmiſta di=
cit: Oleum autē pc tōris nō pſalm.
ipiguet caput meū. ℟. Hec eſt 140.
ꝟgo ſapiens quā dn̄s vigilātē matth
iuenit: q̄ acceptis lampadibus 25.
ſumpſit oleū ſecū. Et veniente
domino introiuit cū eo ad nu=
ptias. ℣. Accinxit fortitudine pu. 31
lūbos ſuos ꝛ roborauit brachiū
ſuum. Et veniente. Lec. viij.

Principale etem̄ mē-
brū nr̄z caput est. Ap
pellatiōe autē capitis, ea q̄
p:incipat᷑ corpi mēs vocat᷑.
Impiguat ergo caput oleū
peccator̄, cū demulcet mē-
tē fauor adulātis. Sed dum matth. 25.
irēt emere venit spōsꝰ, q: cū
vite sue testimoniū a ꝓximꝭ
q̄rūt, iudex venit, q̄ nō solū
opez, sed ꝛ cordiū testis est.
Que aūt parate erāt, intra-
uerunt cuz eo ad nuptias, ꝛ ibidē.
clausa est ianua. O si sapere
in cordis palato possit quid
admiratiōis habet, qd̄ dicit᷑
venit spōsus. Quid dulcedi
nis, intrauerūt cū eo ad nu-
ptias. Quid amaritudinis,
ꝛ clausa est ianua. Sēper er
go fr̄es charissimi extremū
diē debemꝰ metuere, quē nū
q̄ possumꝰ preuidere. Ecce
hūc ipm̄ diē i quos loq̄mur,
ad iducias cōuersiōis acce-
pimꝰ, ꝛ tn̄ mala que fecimꝰ,
flere recusamus. Nō solū cō
missa nō plāgimus, sed etiā
q̄ defleant᷑ augemꝰ, ac si ali-
qua nos egritudo corripiat.
Si signa egritudinis vicinā
mortē denuntiant, inducias
viuēdi querimꝰ: vt pctā nr̄a
defleamus, ꝛ eas cū magno
desyderio petimꝰ, quas ac-
ceptas modo: pro nihilo ha-
bemꝰ. ℟. Offerent᷑ regi ꝟgies psalm. 44.
domio post eā: proxime eiꝰ offe
rent᷑ tibi i leticia ꝛ exultatione.
℣. Prudentes ꝟgies aptate lā- matth. 25.
pades vestras: ecce sponsus ve
nit, exite obuiam ei. In leticia.
Ad can. ān. Prudentes ꝟgies
aptate lāpades vr̄as: ecce spon
sus venit, exite obuiam ei. vij.
Can. Audite me diuini fru-
ctꝰ. ℣. Elegit eā dn̄s. In here-
ditatē sibi. Euāge. qd̄ legitur
i festis virginū agnetis, aga
the, vndecim m iliū virgi. ꝛ
cecilie. Scd̄m Mattheum.

In illo tp̄e. Dixit iesus matth. 25.
discipl̄is suis parabo-
lam hanc. Simile est regnū
celoz decē virginibꝰ q̄ acci-
pientes lāpades suas exie-
runt obuiā sponso ꝛ sponse.
Et reliq. Omel. lectiōis eius-
dem beati greg. pa. Lec. ix.

Sepe vos fratres cha-
rissimi admoneo, pra-
ua opera fugere, mūdi huiꝰ
inq̄namēta deuitare, sed ho
dierna scti euāgelij lectione
cōpellor dicere, vt ꝛ bona q̄
agitis cū magna cautela ti-
meatis, ne p hoc qd̄ a vobis
recte geritur, fauor aut gr̄a
humana requirat᷑ ne appeti
tus laudis surrepat, ꝛ quod
foris ostēditur, intus a mer-
cede vacuet᷑. Ecce em̄ redē-
ptoris voce decē ꝟgines, ꝛ
oēs dicunt᷑ ꝟgines, ꝛ tn̄ itra
beatitudinis ianuā non oēs
recepte: quia earum quedā
dū de virginitate sua gl'iam
foris expetunt, in vasis suis
oleū habere noluert. ℟. Sit᷑ matth. 25.
est regnū celoz decem ꝟginibꝰ.
Que accipiētes lāpades suas
exiert obuiā sponso ꝛ spōse. ℣.
Quinq; aūt ex eis erant fatue ꝛ
quinq; prudentes. Que. Lec. x.

Prius q̄rēdū nobꝭ est,
qd̄ sit celoz regnū aut

cur decē ꝟginib⁹ cōparet꞉ q̄
etiā virgines prudētes ⁊ fa=
tue dicant. Dū ei regnū ce=
loꝝ ꝯſtat, q̄ reproboꝝ null⁹
ingredit, etiam fatuis virgi
nibus cur ſile eſſe perhibet?
Sed ſciēdū nobꝫ eſt, ꝙ ſepe
in ſacro eloquio, regnū celo
rū preſētis tp̄is ecclia dicit.
De quo in alio loco dn̄s di=
matth. cit: Mittet filius hoīs ange
13. los ſuos, ⁊ colligēt de regno
eius oīa ſcādala. Neque eñ
in illo regno beatitudinis,
in quo pax ſumma eſt, inue=
niri ſcandala poterunt que
colligant. ℟. Ueni electa mea
⁊ ponā i te thronū meū. Q̄r cō=
cant. 2 cupiuit rex ſpeciē tuā. ℣. Sur=
4. ge propera amica mea veni de
libano ⁊ corōaberꝫ. Q̄r. Lec. xi
ET vnde rurſum dicit:
matth. Qui eñ ſoluerit vnū
5. de mādatis iſtis minimis, ⁊
docuerit ſic hoīes, hic mini=
mus vocabit in regno celo=
rum. Qui autē fecerit ⁊ do=
cuerit, hic magn⁹ vocabit in
regno celoꝝ. Mandatū q̄p=
pe ſoluit ⁊ docet qn̄ hoc q̄ſq̄
voce predicat, quod viuēdo
non implet. Sed ad regnū
eterne btitudinis peruenire
nō valet, q̄ nō vult opere im=
plere qd̄ docet. Quomō er=
go i eo minimus vocabitur,
qui adhuc nullo modo itra=
cant. 2 re permittit? ℟. Surge pro=
pera amica mea ⁊ veni: iam eñ
hyems tranſiit: imber abiit ⁊ re
ceſſit. Flores apparuerūt in ter=
codē. ra. ℣. Uox turturꝫ audita eſt in
terra nr̄a: fic⁹ protulit groſſos
ſuos. Flores. Lectio. xii.

QUid itaq̄ p̄ hāc ſentē=
tiā, niſi preſēs eccleſia
celoꝝ regnū dicit? i qua do=
ctor q̄ mādatū ſoluerit, mini
mus vocat: q̄r cui⁹ vita deſpi
citur, reſtat vt ⁊ ei⁹ predica=
tio ꝯtēnat. In q̄nq̄ aūt cor=
poris ſenſib⁹, vnuſq̄ſq̄ ſubſi
ſtit. Geminatus aūt quina=
rius, denariū perficit. Et q̄r
ex vtroque ſexu fideliū mul=
titudo colligit, ſctā eccleſia
decē virginib⁹ ſilis denūcia=
tur. In qua q̄r mali cū bonis
⁊ reprobi cū electis admixti
ſunt, recte ſilis ꝟginib⁹ pru=
dētibus ⁊ fatuis eſſe p̄hibet.
℟. Audi filia ⁊ vide ⁊ inclina au psalm.
rē tuā ⁊ obliuiſcere ppl'm tuū ⁊ 44.
domū p̄ris tui ⁊ cōcupiſcet rex
ſpeciē tuā. Q̄m ipſe eſt dn̄s de⁹
tuus. ℣. Induit te dn̄s veſtimē=
to ſalutis ⁊ indumēto leticie cir
cūdedit te. Q̄m Scd̄m Mat.

IN il. tē. Dix. Ieſus di= matth
ſcipulis ſuis parabolā 25.
hanc. Sile eſt regnū celoꝝ
decē virginibus q̄ accipien=
tes lampades ſuas exierūt
obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. Quinq̄
autem ex eis erant fatue et
quinq̄ prudētes. Sed q̄nq̄
fatue acceptis lampadibus
non ſumpſerūt oleum ſecū.
Prudentes vero acceperūt
oleū in vaſis ſuis cū lāpadi=
bus. Moram autē faciente
ſponſo dormitauerūt oēs et
dormierūt. Media autē no=
cte clamor fact⁹ eſt, ecce ſpō
ſus venit, exite obuiam ei.
Tūc ſurrexerunt oēs virgi=

nes ille ⁊ oꝛnauerūt lāpades ſuas. Fatue aūt ſapientib⁹ dixerūt: Date nobis de oleo vr̄o qꝛ lāpades nr̄e extingū-tur. Rn̄derunt prudētes di-cētes, Ne forte non ſufficiat nobis ⁊ vobis: ite poti⁹ ad vē-dentes ⁊ emite vobis. Dum aūt irēt emere venit ſpōſus ⁊ que parate erant ītrauerūt cū eo ad nuptias ⁊ clauſa eſt ianua. Nouiſſime ꝟo veniūt et relique virgines dicētes. Dn̄e dn̄e aperi nobis. At il-le reſpōdēs ait: neſcio vos. Uigilate itaqꝫ quia neſcitis diem neqꝫ hoꝛam. Amen. matth. 24. mar. 13

¶ Item alie lectiōes que le-gūtur in feſtis ſanctaꝝ ꝟgi-nū katherine ⁊ lucie. Ser. beati auguſtini epi. Lctō. i. de decē virgini.

Inter parabolas a dn̄o dictas, ſolet querētes multū exercere iſta, q̄ decē virginib⁹ poſita eſt. Et multi quidem hinc multa ſenſerūt que nō ſunt preter fidē, ſed quomodo partib⁹ ei⁹ oībus cōueniat expoſitio, id elabo-randum eſt. R̸ vt ſ. Lec. ii.

Legi etiā in quadā ſcriptu-ra ex eaꝝ genere, q̄ apocri-phe noīant: ꝙ non ſit contra fidē, ſed huic loco mihi min⁹ cōgruere viſum eſt: cōſyde-ranti om̄es hui⁹ ſiīitudinis partes. Quid autē mihi vi-deat non abſurde de hoc lo-co accipi q̄tū potero breui-ter ⁊ diligēter exponā. lc. iii.

Interrogatus igit dn̄s nr̄a diſcipl'is de ꝯſūmatiōe ſcl'i, inter multa q̄ loquut⁹ ē, hoc q̄qꝫ dixit. Tūc ſiīe eſtimabit regnū celoꝝ decē virginib⁹, q̄ acceperūt lāpades ſuas ⁊ venerūt obuiā ſpōſo ⁊ ſpōſe. mat. 25 Decē virginū ꝙ quinqꝫ ad-mittunt quinqꝫ excludūtur, bonoꝝ et maloꝝ diſcretio-nē ſignificat. Quapꝛopter ſi virginitatis honoꝛabile no-mē eſt: cur receptis excluſiſ-que cōmune eſt. Lectio. iiii.

Deīde q̄d ſibi vult numer⁹ in vtraqꝫ pte q̄nari⁹? Quid autē ſignificat oleū? Mirū videt ꝙ ſapiētes petentib⁹ nō cōicāt: cū ⁊ inuidere fas non ſit eas q̄ ita pfecte ſunt vt a ſponſo recipiant. lc. v.

Quo noīe nullo dubitante dn̄s ieſus xp̄s ſignificat: vt miſericoꝛdes opoꝛteat eſſe ad pſtandū ex eo q̄d habent preſcribente illa ſententia eiuſdem dn̄i dicentis: omni petenti te tribue. luc. 6. Lctō. vi.

Quid eſt aūt q̄d poſſit dan-do nō ſufficere vtriſqꝫ? Hec maxime augēt q̄ſtionis diffi-cultatē. Quāqꝫ ⁊ cetera dili-genter ꝯſyderata, vt oīa in vnā rationē ꝯcurrāt, magna cautio eſt adhibenda. lc. vii.

Uidētur itaqꝫ mihi quinqꝫ virgines ſignificare quīque-pertitā ꝯtinentiam a carnis illecebꝛis. Cōtinend⁹ eſt em̄ animi appetit⁹ a voluptate oculoꝝ, a voluptate auriū, a voluptate olfaciendi, gu-ſtandi, tangendi. Quia con-tinentia partim coꝛam dn̄o fit vt illi placeatur interioꝛi conſcientie gaudio, partim

corā hoībus tantū vt gloria
hūana capiat: quinqꝫ dicun-
tur ſapiētes ꝛ quinqꝫ ſtulte.
Utreqꝫ tamē virgines: quia
vtraqꝫ ꝯtinētia eſt q̄uis di-
uerſo fomite gaudeat. l. viij.
Lāpades aūt ſunt (que de
manib⁹ portant) opa q̄ ſcdm
iſtā ꝯtinētiā fiunt. Dictū eſt
mat. 5. aūt: Luceāt opa vr̄a corā
hoībus. Oēs vero accepe-
runt lampades ſuas, ꝛ vene-
runt obuiā ſponſo. Intelli-
gendū eſt ergo xp̄i noīe cen-
ſeri de quib⁹ agitur. Nō em̄
poſſunt qui xp̄iani non ſunt,
ſponſo xp̄o venire obuiam.
Euange. ſcdm mattheū, qd
legit in feſtis predictaꝝ vir-
ginum Katherine ꝛ Lucie.
mat. 13 In illo tpe. Dixit ieſus
diſcipl'is ſuis parabo-
lam hanc. Sile eſt regnū ce-
lorū theſauro abſcondito in
agro: quē qui īuenit hō abſ-
condit ꝛ pre gaudio illi⁹ va-
dit et vendit vniuerſa q̄ ha-
bet ꝛ emit agrū illū. Et rel.
Ome. l̄c eiuſ. b. gre. pa. l. ix.
in cap. Celoꝝ regnū fr̄es cha-
mat. 13 riſſimi idcirco terre-
nis reb⁹ ſile dī vt ex his q̄ a-
nim⁹ nouit ſurgat ad icogni-
ta q̄ nō nouit: q̄ten⁹ exēplo
viſibiliū, ſe ad inuiſibilia ra-
piat, ꝛ p ea q̄ vſu didicit, q̄ſi
ꝯfricat⁹ incaleſcat, vt p hoc
qd ſcit notū diligere, diſcat
ꝛ incognita amare. Lctō. x.
Ecce em̄ celorū regnū the-
ſauro abſcōdito in agro com
mat. 13 parat, quē q̄ iuenit hō, abſ-
cōdit, et pre gaudio illi⁹ va-
dit, ꝛ vēdit vniuerſa q̄ habet
et emit agrū illū. Qua in re
hoc quoqꝫ notandū eſt q̄ in-
uētus theſaurus abſcondit
vt ſeruet: qꝛ ſtudiū celeſtis
deſyderiis a malignis ſpiri-
tibus cuſtodiri nō ſufficit, q̄
hoc ab hūanis laudibus non
abſcōdit. In p̄ſēti etem̄ vita
quaſi in via ſum⁹, qua ad pa-
triā pgimus. Maligni autē
ſpūs iter nr̄m quaſi q̄dā la-
trunculi obſident. Depdari
ergo deſyderat, qui theſau-
rū publice portati via. l̄c. xj.
Hoc aūt dico, nō vt proximi
opa nr̄a bona nō videant cū
ſcriptū ſit: videant opa vr̄a mat. 5
bona, ꝛ glīficēt patrē vr̄m q̄
in celis eſt. Sed vt p hoc qd
agim⁹: laudes exterius non
q̄ram⁹. Sic aūt ſit op⁹ in pu-
blico: quaten⁹ ītētio maneat
in occulto, vt ꝛ de bono ope
proximis pbeamus exēplū:
ꝛ tn̄ per intentionē qua deo
ſoli placere querimus, ſemp
optemus ſecretum. Lc. xij.
Theſaur⁹ aūt celeſte eſt de
ſyderiū. Ager vero in quo
theſaur⁹ abſcōdit, diſciplina
ſtudij celeſtis, quem pfecto
agrū vēditis oībus compa-
rat, qui voluptatibus carnis
renūciās, cūcta ſua deſyde-
ria terrena per diſcipline ce
leſtis cuſtodiā calcat: vt ni-
hil iā qd caro blādit libeat,
nihil quod carnalē vitā tru-
cidat, ſpirit⁹ perhorreſcat.
Euāgeliū ſcdm Mattheū.
In il. tē. Dix. ie. diſci. ſ. mat. 13
parabolā hāc. Sile eſt

regnũ celorum theſauro ab=
ſcōdito in agro quē qui iue=
nit hō abſcōdit ꝛ pre gaudio
illi⁹ vadit ꝛ vendit vniuerſa
que habet ꝛ emit agrũ illũ.
Iterꝝ ſile eſt regnũ celorum
hoī negociatori querēti bo=
nas margaritas, inuēta aũt
vna ꝓcioſa margarita abijt
et vēdidit oīa que habuit et
emit eā. Iterũ ſile eſt regnũ
celorũ, ſagene miſſe in ma=
re ꝛ ex oī gñe piſciũ congre=
ganti. Quā cũ impleta eſſet
educētes ꝛ ſecus litt⁹ ſeden=
tes, elegerunt bonos in va=
ſa: malos autem foras miſe=
runt. Sic erit in conſumma=
tiōe ſeculi. Exibũt angeli et
ſeparabũt malos de medio
iuſtoꝝ, ꝛ mittēt eos in cami=
num ignis. Ibi erit fletus et
stridor dentiũ. Intellexiſtis
hec oīa? Dicunt ei, etiā dñe.
Ait illis. Ideo omīs ſcriba
doctus in regno celoꝝ: ſilis
eſt homini patrifamilias q̄
profert de theſauro ſuo no=
ua et vetera. Amē. Te decet.
mat. 25 In lau. ā. Hec eſt virgo ſapiens
pſalm. ꝛ vna de numero prudentum. ṽ.
45. Cp. qđ cōpetit. ℞ Adiuuabit
eam Deus vultu ſuo. ṽ. De⁹ in
medio ei⁹ nō cōmouebitur. De⁹.
bȝ. Quocũqȝ. ṽ. Diffuſa eſt.
mat. 13 Ad bñ⁹ ā. Sile eſt regnũ celoꝝ
ſagene miſſe in mare ꝛ ex oī gñe
piſciũ cōgreganti: quā cũ ipleta
eſſet educētes ꝛ ſecus littus ſe=
dentes elegerunt bonos in vaſa
ſua: malos aũt foras miſerunt.
ṽ. Col. que cōpetit. Ad. j. ān.
Hec eſt virgo ſapiens quam dñs
vigilantē inuenit. ṽ. Ad. iij. ā.
Inuēta bona margarita dedit mat. 13
omnia ſua ꝛ cōparauit eam. ṽ.
Cpm. et col. que cōpetũt. ṽ.
Specie tua. Ad vj. ā Media no mat. 25
cte clamor fact⁹ eſt ecce ſponſus
venit exite obuiā ei. vij. Aga=
the, Katherine, Lucie. Cp.
EMulor ei vos dei emu 2. co. 11
latiōe: deſpōdi ei vos
vni viro ꝟginē caſtā exhibe=
re xp̄o. ṽ. Adiuuabit eā. Coll.
DA populo tuo q̄s dñe
ſpm̄ ꝟitatis ꝛ pacis,
vt in̄cedēte btā N. ꝛ te tota
mēte cognoſcat, ꝛ q̄ tibi ſunt
placita toto corde ſecteꝝ. p.
Ad ix ā. Tũc ſurrexerunt oēs mat. 25
ꝟgines ille ꝛ ornauerũt lāpades
ſuas. ṽ. Earũdē agathe, Ka=
therine, lucie. Ad. ix. Capl'm.
SApientia vincit mali= ſap. 8.
ciā: attingit ḡ a fine vſ=
qȝ ad finē fortiter ꝛ diſponit
oīa ſuauiter. ṽ. Elegit eā dñs.
In hereditatem ſibi. Collecta.
PReſta q̄s oīps deus: vt
ad te toto corde cla=
māntes: intercedente btā N.
tue pietatis indulgētiā con=
ſequamur. p. ¶ Agne. ꝛ ceci=
lie. Ad vj. ā. Media nocte cla= mat. 25
mor fact⁹ eſt, ecce ſponſus venit
exite obuiā ei. vij. Earundem
agne. ꝛ cecilie. Ad. vj. Cpm.
DOmine de⁹ me⁹ exal= eccl. 51
taſti ſup t̄rā hītatio=
nē meā et ꝓ morte defluenti
deꝓcata ſum. ṽ. Adiuua. Col.
BEate N. martyris tue
dñe ꝓcibus cōfidētes,
q̄s clemētiam tuā: vt ꝑ ea q̄
agim⁹ eterna remedia ca=

piam⁹.p. Predictarũ agne.
mat.25 ꝛ cecilie. Ad ix. ã Tunc ſurre
xerũt oẽs virgines ille, ꝛ orna=
uerunt lampades ſuas. Earun
dem agne. et cecilie. Lpm.
eccl. 51 INuocaui dñm patrem
dñi mei vt nõ derelin=
quat me in die tribulationis
mee: ꝛ ĩ tpe ſupboꝝ ſine ad=
iutorio. ℣. Elegit eã dñs. Col.
PRetẽde nobis domĩe
miã ꝫ tuã: ꝛ intcedẽte
btã N. martyre tua, q̃ votis
expetim⁹ ꝯuerſatiõe tibi pla
cita ꝯſequamur. p. Ad vſ. ã.
O quã pulchra. cũ ceteris. u. j. ã.
Hec eſt. cp. qð. ꝯpetit. ℟ Spe
cie tua. Hy⁹ Jeſu coro. ℣gi.
℣. Diffuſa eſt grã. Ad mag. ã.
mat.25 Quĩꝗ prudẽtes ℣gĩes accepert
oleũ in vaſis ſuis cũ lãpadibus:
media aũt nocte clamor fact⁹ eſt
ecce ſpõſus venit exite obuiam
xp̃o dño. vij. Colla. q̃. cõpetit
¶ In dedic. eccłie ad veſ. ã.
ge. 28. O ꝙ metuẽd⁹ eſt loc⁹ iſte: ℣e non
eſt hic aliud niſi dom⁹ dei ꝛ por=
ta celi. vj ã Tu dñe vniuerſoꝝ q̃
nullã habes indigentiã voluiſti
tẽplũ tuũ fieri ĩ nobis: ꝯſerua do
eſa. 62 mũ iſtã imaculatã ietnũ. j ã. Su
per muros tuos hierłꝫ ꝯſtitui cu
ſtodes: tota die ꝛ tota nocte non
tacebũt laudare nomẽ dñi. j ã.
Muro tuo inexpugnabili circũ=
cinge nos dñe ꝛ armis tue potẽ
tie ꝓtege nos ſemꝑ de⁹ nr̃. j. Cp.
apo. 21 VIdi ciuitatẽ ſanctam
hierłꝫ nouã deſcẽdẽ=
tẽ de celo a deo paratã tãꝙ
ſponſam ornatã viro ſuo. ℟.
mat. 21 Terribilis ẽ loc⁹. hy⁹. Xp̃e cũ
ctoꝝ. ℣. Dom⁹ mea. Dom⁹ oro=

nis vocabitur. Ad mag. ã. Pax
eterna ab eterno patre: huic do
mui pax pẽnis, ℣bũ prĩs ſit pax,
huic domui, pacẽ pi⁹ conſolator
huic preſtet domui. j Collecta
DE⁹ q̃ nobis ꝑ ſingłos
annos hui⁹ ſcti tẽpli
tui conſecrationis reparas
diem et ſacris ſemꝑ myſte=
riis repreſentas incolumes
exaudi preces populi tui et
preſta: vt q̃ſq; hoc templum
beneficia petiturus ingre=
dietur: cuncta ſe impetraſſe
letetur. Per. Ad compł. di=
cit Hy⁹ Chriſte qui lux es,
licet adueniat cum feſto ha=
bente propriũ hym̃. Sed nõ
mutant hym̃. ꝑpri de tpe.
¶ Nota ꝙ tempore paſchali
dr vbiq; alleluia. ſicut ĩ aliis
ſolẽnitatibus tpe illo adue=
niẽtibus ſed tã in aĩis ꝙ in
reſponſoriis ꝛ ℣. i Inuitato.
Exultem⁹ dño regi ſummo. Qui
ſuum ſanctificauit tabernaculũ. pſalm
ps. Venite. ¶ In j. noct. ãn. 45.
Tollite portas ꝑncipes veſtras ꝑo, 2:
ꝛ eleuamini porte eternales. iij
ps. Dñi eſt terra. ã. Introibo pſalm
ad altare dei ad deum qui letifi 42.
cat iuuentutem meam. vij. ps.
Judica me deus. ãn. Sancti= pſalm
ficauit dominus tabernaculum 45.
ſuum. viij. p̃ Deus nr̃ refu. ã.
Erit mihi dominus ĩ deum ꝛ la ge. 28
pis iſte vocabitur dom⁹ dei. vij
p̃ Oẽs gentes. ã Edificauit exo. [illegible]
moyſes altare dño deo. vj. ps. ge. 28
Magnus dominus. ã. Non
eſt hic aliud niſi dom⁹ dei ꝛ por=
ta celi. vij. ps. Te decet. ℣⁹.
Fundata eſt dom⁹ domini. ℟. eſa. 2.
Super

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

...i. 4. Super verticem mõtium. Sermo beati augustini epi. L.j.

Quotienſcunq; fratres charíſſimi, altaris vel templi feſtiuitatem colimus ſi fideliter ⁊ diligẽter attendimus, ⁊ ſancte ac iuſte viuimus, quicquid in templis manufactis agitur, totũ in nobis ſpiritali edificatione
1. mac. cõplet. ℟. Ornauerũt faciẽ tẽ
4. pli coꝛonis aureis ⁊ dedicauerũt altare dño Et facta ẽ leticia ma
2. mac. gna i pplo. ℣ In hymnis ⁊ ꝯfeſ
10. ſiõib᷒ bñdicebãt dñm. Et. Lc. ij.

Non enĩ mẽtit᷒ eſt ille qui dixit: Tẽplum enĩ dei ſctm̃ eſt qð eſtis vos. Et iterũ: Neſcitis quia coꝛpoꝛa veſtra tẽplum eſt ſpũſſcti?
2. mac. ℟. In hymnis ⁊ cõfeſſionibus
10. benedicebant dñz. Qui magna fecit in iſrael ⁊ victoꝛiã dedit il
1. mac. lis dñs ops. ℣ Ornauerũt faciẽ
4. tẽpli coꝛonis aureis ⁊ dedicauerunt altare dño. Qui. Lctõ. iij.

Quibus meritis igitur niſi p grãm dei meruimus fieri tẽplũ dei? Quãtũ ergo poſſum᷒ cũ ipſius adiutoꝛio laboꝛemus, ne de᷒ nr̃ in tẽplo ſuo, hoc eſt in nobiſipſis, inueniat qḋ oculos ſue maieſtatis offendat, ſed habitaculũ coꝛdis euacuet vitiis ⁊ ꝟtutib᷒ repleat, clauꝺatur diabolo et aperiatur
eſa. 62 chꝛiſto. ℟. Super muros tuos hieruſalẽ cõſtitui cuſtodes. Tota die ⁊ nocte non tacebũt laudare nomen dñi. ℣. Qui reminiſcimini dñi ne taceatis, ⁊ ne detis ſilentium ei. To. Lctõ. iiij.

Cister.

Ita fratres laboꝛem᷒ vt nobis bonoꝛũ operum clauibus regni celeſtis ianuã aperire poſſimus. ℟.
Terribilis eſt locus iſte, nõ eſt ge. 28.
hic aliud niſi domus dei ⁊ poꝛta celi. Uere etenim dominus eſt i loco iſto, et ego neſciebam. ℣. Cumq; euigilaſſet iacob a ſomno ait. Uere. ¶ In. ij. noct. ãn.
Uidit iacob ſcalam, ſummitas ge. 28.
ei᷒ celos tangebat, ⁊ deſcendentes angelos ⁊ dixit: vere locus iſte ſanctus eſt. vij. ps. Quam
dilecta. ãn. Erexit iacob lapi= eodem.
dem in titulum fundens oleum deſuper. vij. ps. Fundamẽta. ãn. Templum domini ſctm̃ eſt dei cultura eſt, dei edificatio ẽ.
j. p. Dñe deus ſa. ã. Qui habi ps. 90.
tat in adiutoꝛio altiſſimi: in ꝓtectione dei celi commoꝛabitur viij. ps. Ipſum. ã. Benedicta gloꝛia domini de loco ſuo, alla.
vij. ps. Cantate. j. ã. Cum eui ge. 28.
gilaſſet iacob a ſomno ait: vere dominus eſt in loco iſto. vij. p.
Dominus regnauit. j ℣ Do= ps. 92.
mum tuam domine decet ſanctitudo. ℟. In longitudinem dierum. Lectio. quinta.

Sicut enim malis operibus quaſi quibuſdã ſeris ⁊ vectibus vite nobis ianua clauditur, ita abſque dubio bonis operibus aperitur. ℟. Uidi poꝛtam ciuitatis ad oꝛientem poſitam ⁊ apoſtoloꝛum nomina ⁊ agni, ſuper eam ſcripta. Et ſuper muros e=
iuſ angeloꝝ cuſtodiam. ℣ Uidi apo. 21
ſctã ciuitatem hieruſalem deſcendentem de celo oꝛnatã tãq̃

ſponſam viro ſuo. Et. Lctō. vj.

ET ideo fratres chariſſimi vnuſquiſq; conſideret conſcientiā ſuā: ⁊ quādo ſe aliquo crimine vulneratū eſſe cognouerit, prius orationibus, ieiuniis vel elemoſinis ſtudeat mundare conſcientiam ſuam, ⁊ ſic eucharistiam preſumat accipe
ge. 28. re. ℟. Dū exiret iacob de terra ſua vidit gloriam dei ⁊ ait: Quā terribilis eſt loc⁹ iſte, nō eſt hic aliud niſi domus dei ⁊ porta celi. ℣. Uere dn̄s eſt in loco iſto, et ego neſciebam. Quam. Le. vij.

SI enim agnoſcēs reatum ſuum ipſe ſe a diuino altari ſubduxerit, cito ad indulgentiam diuine miſericordie perueniet, quia ſicut qui ſe exaltat humiliabitur, ita econtrario q̄ ſe hu-
ge. 28. miliat exaltabitur. ℟. Erit mihi dominus in deum, ⁊ lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur domus dei, ⁊ de vniuerſis que dederꝫ mihi Decimas ⁊ hoſtias pacificas offerā tibi. ℣. Si dominus deus me⁹ fuerit mecum in via iſta per quā ego ambulo ⁊ cuſtodierit me, Decimas ⁊ hoſtias. Lectio octaua.

QUi enī ſicut dixi agnoſcens reatū ſuum, ipſe ſe humiliter ab altari eccleſie pro emendatione remouere voluerit, ab illo eterno et celeſti conuiuio excōmunicari penitus non timebit. Rogo vos fratres diligenter attendite, ſi ad menſam cuiuſq; potentis hominis nemo preſumit cum veſtibus conſciſſis et inquinatis accedere, quanto magis a conuiuio eterni regis, id eſt ab altari domini debet ſe vnuſquiſq; inuidie vel odij veneno percuſſus iracundie furore repletus cū reuerentia ⁊ humilitate ſubtrahere propter illud quod ſcriptum eſt: Uade prius reconciliari fratri tuo, et tunc veniens offeres munus tuum: ⁊ iterum, amice quomodo huc veniſti non habens veſtem
nuptialē? ℟. Domus mea do- mat. 2
mus orationis vocabitur dicit eſa. 5
dominus. In ea omnis qui petit accipit ⁊ qui querit inuenit ⁊ pulſanti aperietur. ℣. Hec eſt dom⁹ domini firmiter edificata, bene fundata eſt ſupra firmā petram In ea. Ad can. ā. Fundamēta templi huius ſapientia ſua fundauit deus in quo dominum celi collaudāt angeli, ſi irruant vēti ⁊ fluant flumina nō poſſunt illud mouere vnquam, fundatū enim eſt ſupra firmam petram. iiij. can. Letatus ſum. Can. Niſi dominus edifica. canti.
Lauda hieruſalem. ℣. Beati pſal. 83
qui habitant in domo tua domine. ℟. In ſecula ſeculorum laudabunt te. Secūdum Lucā.

IN illo tpe. Dixit ieſus luce. 6.
diſcipulis ſuis: Nō eſt arbor bona que facit fruct⁹ malos, neq; arbor mala faciens fructum bonū. Et rel.
Ome. l. eiuſ. ve. be. pbri. l. ix. in cap.

QUia propitia diuinita luce. 2.
te, fratres chariſſimi, mat. 7

ſolēnia dedicatiōis ecclesie
celebramꝰ, debemꝰ ipſi con-
gruere ſolennitati quā coli-
mus, vt ſicut ornatis ſtudio-
ſius eiuſdem ecclesie parie-
tibus, pluribus accenſis lu-
minaribus, amplificato nu-
mero lectionū, addita pſal-
morum melodia, letis noctē
vigiliis ex more tranſegi-
mus, ita etiā penetralia cor-
dium noſtrorum ſemper ne-
ceſſariis bonorum operum
decoremus ornatibus, ſem-
per in nobis flamma diuine
pariter et fraterne charita-
tis augeſcat, ſemper in ſan-
ctuario pectoris noſtri cele-
ſtium memoria preceptorū,
⁊ angelice modulatiōis dul-
cedo ſancta reſonet. ℟. Ex-
audiſti dñe orationem ſerui tui,
vt edificarē tēplum nomini tuo.
Bñdic ⁊ ſanctifica domū iſtā in
3.re. 8. ſempiternū deꝰ iſrael. ℣. Dñe q̄
cuſtodis pactū ⁊ miſericordiam
ſeruis tuis q̄ ambulāt coram te
in toto corde ſuo. Benedic. L.x.

H Ii ſunt enī fructus bo-
ne arboris, hic boni
theſaurus cordis. Hec fun-
damēta ſapiētis architecti,
que nobis hodierna ſancti
euangelij lectio cōmendat,
non nos formā ſolummodo,
ſed virtutem potius habere
pietatis. Quod etiam myſti
ca veteris inſtrumēti nobis
hiſtoria diligenter inſinuat,
exo. 26 quādo vel moyſes taberna-
3.reg. culū vel tēplum dño ſalomō
67. in typū ſancte ecclesie cōdi-
dit. ℟. Dñe ſi conuerſus fuerit
populus tuus ⁊ orauerit ad ſan
ctuarium tuum. Tu exaudies ī
celo dñe: ⁊ libera eos de manibꝰ
inimicorꝫ eorū. ℣. Si peccaue
rit in te populus tuus ⁊ conuerſus
egerit penitentiā veniens ꝗ ora-
uerit in loco iſto. Tu. Lectō. xi.

V Traqꝫ enī domus fir-
miter fundata eſſe re
fertur: tabernaculū quidem
quia compactos de tabulis
habebat parietes ſuper ba-
ſes argenteas. Tēplum au-
tem ſuper lapides quadra-
tos ſuppoſitos. Ligna quo-
que erāt imputribilia, e qui-
bus ⁊ tabernaculū omne fa-
ctū, ⁊ tēplum intus ornatū,
ac deſuper tectum fulgebat.
℟. Audi dñe hymnum ⁊ oratio-
nem q̄ ſeruus tuus orat coram
te hodie vt ſint oculi tui aperti ⁊
aures tue intente Sup domum
iſtā die ac nocte. ℣. Reſpice do- deu. 26
mine de ſanctuario tuo ⁊ de ex- eſa. 63.
celſo celorum habitaculo. Sup bar. 2.
domum. Lectio duodecima.

A Vrum etiā de theſau-
ro bono optimum pro
ferebatur, de quo et taber-
naculi parietes intus ac fo-
ris veſtiti, et templi nō tan-
tum parietes, verumetiam
laquearia, trabes, oſtia, po-
ſtes ⁊ pauimenta erant coo-
perta, ſed ⁊ vaſa et vtenſilia
domus vtriuſqꝫ cūcta pene
aurea, neque hec niſi de au-
ro puriſſimo fieri licebat.
Fructus etiam arborū, qui
in domo domini offereban- nu. 18.
tur, puriſſimi ⁊ exquiſiti eſſe
iubebant: hoc eſt vitis, oliue,

thuris, myrrhe vel ſtactis et
ceterarum huiuſmodi. Que
videlicet cuncta ſpiritaliter
intellecta, veram noſtre fi=
dei ⁊ operationis ſincerita=
tem denũciant. ℟. Beata ve=
re mater eccleſia quã ſic honor
diuine dignationis illuminat qꝫ
victorioſorum glorioſus martyrum
ſanguis exornat. Quã inuiolate
cõfeſſionis cãdida induit virgi=
nitas. ℣. Floribus eiꝰ nec roſe
nec lilia deſunt. Quã. S. Lucã
luce.6. IN illo tẽpore. Dixit ie=
mat.7 ſus diſcipl'is ſuis: Nõ
eſt arbor bona que facit fru=
ctus malos, nec arbor mala
mat.12 faciẽs fructum bonũ. Una=
queqꝫ enim arbor ex fructu
ſuo cognoſcitur. Neqꝫ enim
de ſpinis colligũt ficus, ne=
que de rubo vindemiant v=
uam. Bonus homo de bono
theſauro cordis ſui profert
bonum: Et malus homo de
malo theſauro pfert malum.
Ex abundantia enim cordis
os loquitur. Quid autẽ vo=
catis me domine domine, et
nõ facitis que dico? Omnis
qui venit ad me ⁊ audit ſer=
mones meos ⁊ facit eos, oſtẽ
mat.7 dam vobis cui ſimilis ſit. Si
milis eſt homini edificanti
domũ, qui fodit in altũ ⁊ po
ſuit fundamẽta ſupra petrã.
Inundatione autẽ facta il=
liſum eſt flumen domui illi,
et non potuit eam mouere:
Fũdata enim erat ſupra pe=
tram. colla. Deus qui nobis
ps.92. per ſin. vt s. In lau. ã. Domũ
tuã dñe decet ſanctitudo in lon=
gitudinem dieꝝ. vij. cap. Uidi
ciui. ℟. Hec eſt domus dñi Fir mat.21
miter edificata. ℣. Bene funda=
ta eſt ſupra firmam petram. Fir
miter. ℣. Domus mea. ℟. Do=
mus orationis vocabitur. Ad
bñ⁹. ã. Mane ſurgens iacob eri ge.28.
gebat lapidẽ in titulum, fundẽs
oleum deſuper, votum vouit do
mino: vere locus iſte ſanctus eſt
⁊ ego neſciebã. iij. coll. Deus
qui nobꝫ per ſin. Ad j. ã. Do= mat.21
mus mea domus orationis vo=
cabitur. j. Ad iij. ã. Hec eſt do=
mus domini firmiter edificata,
bene fundata eſt ſupra firmam
petrã. j. Cp. Uidi ciuitatem.
℣. Fundata eſt domus domini. eſa.2.
℟. Super verticẽ montiũ. coll. mi.4.
Deus qui nobis per ſin. Ad
vj. ãn. Lapides precioſi omnes
muri tui ⁊ turres hieruſalẽ gẽ=
mis edificabuntur. ij. Caþm.
AUdiui vocẽ magnam apo.21
de throno dicentem:
ecce tabernaculum dei cum
hominibus, et habitabit cũ
illis: et ipſi populus eius e=
runt, et ipſe deus cũ eis erit
eorum deus. ℣. Domũ tuam ps.92.
domine decet. Collecta.
QUeſumus omnipotẽs
deus, vt hoc in loco
nomini tuo dicato cũctis pe
tentibus aures tue pietatis
accõmodes. Per. Ad ix. ãn.
Bene fundata eſt domus domi=
ni ſupra firmã petrã. viij. Cp.
SUſtulit me angelus in apo.21
montem magnum et
altum, et oſtendit mihi ciui
tatem ſanctã hieruſalem de
ſcendẽtem de celo habẽtem

pſalm. claritatē dei. ℣. Beati q̄ habi-
83. tant in domo tua dñe. Colla.
Deus qui de viuis et
electis lapidibꝰ eťnũ
maieſtatis tue cōdis habita
culuꝫ, auxiliare populo tuo
ſupplicāti, vt ꝙ eccleſia tua
corporalibꝰ proficit ſpatiis,
ſpecialibꝰ amplificetur aug-
mētis. Per. Ad veſ. ān. Ui-
dit iacob. ān. Erexit iacob. ān.
Templũ. ān. Cum euigilaſſet.
pſalm. Cp. Uidi ciuitatē. ℟. Domũ
92. tuā domine Decet ſanctitudo.
℣. In longitudinē diex. Decet.
hyꝰ. Chriſte cunctox. ℣. Do
luc.19. mꝰ mea. Ad mag. ā. zachee fe-
ſtinans deſcende, qꝛ hodie i do
mo tua oportet me manere: at
ille feſtinās deſcēdit, ꝛ ſuſcepit
illũ gaudēs in domũ ſuā: hodie
huic domui ſalꝰ a deo facta eſt
all'a. viij. col. Deus qui. vtā.

## ❡ Finis communis.

## ❡ Officium beate virginis
luc.1. marie. ℣. Aue maria grā plena
dominꝰ tecũ. Benedicta tu in
mulieribꝰ ꝛ benedictꝰ fructꝰ ven
tris tui. Et ſic dicitur ante
quamlibet horam.
Domine labia mea a-
peries:
Et os meum annunciabit
laudem tuam.
Deus in adiutorium meum
intende:
Domine ad adiuuandum
me feſtina.
Gloria patri et filio et ſpi-
ritui ſancto:
Sicut erat in principio et
nunc ꝛ ſemper et in ſecula
ſeculorum. Amen. Inuitat.
Aue maria gratia plena. Domi luc.1.
nus tecum. Pſalmus.
Uenite exultemꝰ dño
iubilemꝰ deo ſalutari
noſtro, preoccupemꝰ faciem
eius in cōfeſſione, ꝛ in pſal-
mis iubilemus ei. Aue maria
gratia plena. Dominus tecum.
Quoniam deus magnus do
minus, ꝛ rex magnus ſuper
omnes deos: quoniā non re
pellet dñs plebem ſuā, quia
in manu eius ſunt oēs fines
terre ꝛ altitudines montiuꝫ
ipſe conſpicit. Dominꝰ tecũ.
Quoniā ipſius eſt mare et
ipſe fecit illud, ꝛ aridā fun-
dauerũt manus eius: veni-
te adoremus ꝛ procidamus
ante deũ, ploremus coram
domino qui fecit nos, quia
ipſe eſt dominus deꝰ noſter,
nos autem populus eius et
oues paſcue eiꝰ. Aue maria. heb.3.
Hodie ſi vocem eius audie- ꝛ 4.
ritis nolite obdurare corda heb.3.
veſtra, ſicut i exacerbatione
ſecundum diem tentationis
in deſerto, vbi tentauerunt
me patres veſtri, probaue-
runt ꝛ viderunt opera mea.
Dominus tecum.
Quadraginta annis proxi- heb.3.
mus fui generationi huic et
dixi, ſemper hi errāt corde:
ipſi vero non cognouerunt
vias meas: quibus iuraui i
ira mea, ſi introibunt in re-
quiem meam. Aue maria gra
tia plena dominus tecum.
Gloria patri et filio ꝛ ſpiri-